

bus minoribus, omnibus breviter petiolatis, reliquis monophyllis reniformibus; inflorescentia usque ad apicem foliosa, tomentosa, aculeis debilibus, longis, setis glandulosis; calice tomentoso-glanduloso; petalis enormiter longioribus, oblongis, apice et basi angustatis, roseis; staminibus roseis, pistillum sicut et petali longiter excedentibus.

Galicia: Cereigedo de Cervantes, Portela (Lugo).

2. Echium vulnerans Merino, l. c., p. 189.

Planta elata 10—15 dm alta, erecta, rigida, suffrutescens, pube adpressa et insuper setis validis, pungentibus e tuberculo, albo in foliis, fusco in caule ramisque, erumpentibus hispida; caule a basi ramosissimo, ramis erecto-patentibus a medio vel infra medium ramulosis et floriferis, paniculam amplissimam 6—8 dm latam formantibus; foliis basilaribus ac mediis caulinis oblongis, obtusis, 10—15 cm longis, breviter petiolatis, supremis oblongo-lanceolatis, acutis, infra angustatis, omnibus praeter nervum medium, nervo marginali conspicuo circumcinctis; spicis floriferis et fructiferis brevibus 5—7 cm longis, pluribus, densifloris, flore infimo ebracteato vel extra-axillari, a ceteris paululum remoto; bracteis herbaceis, lanceolatis vel lanceolato-linearibus calici subaequifloris; calycis 5—6 mm longi laciniis linearibus aequalibus dorso et margine patenter setoso-hirsutis; corolla azurea calyce subduplo longiore, eoque tubo inclusa; limbo extus pulverulo, tribus lobis minoribus longe ciliatis; filamentis valde exertis styloque apice bifido a basi tota fere longitudine pilosis; nuculis griseis, acutis, tuberculatis, utrinque carinatis, lateribus turgidis.

Galicia: Ad ripas rivulorum prope Villanueva de Cervantes (Lugo).

(Cette description a été imprimée en latin, l. c., p. 189.)

Astragalus pauciflorus Lazaro¹⁾ in Bol. R. Soc. Espan. Hist. Nat. 1906, p. 413.

Planta annua, radice tenui, ramis jacentibus, 6—8 cm, tota villosa, pilis simplicibus, basi insertis; foliis pinnato-compositis, quinque vel sex binis foliolis obovatish vel cordiformibus inversis, in utraque facie pilosis, 4—6 cm longis; stipulis lanceolatis, acutis, pilosis, peciolo triplo vel quadruplo brevioribus; pedunculis axillaribus foliis dimidio brevioribus, 1—4 floribus caeruleo-violaceis, desiccatione flavescentibus; legumine piloso, curvo, ferme hamiformi, pendulo, sulco longitudinali anguste bene impresso.

Andalusia: Motril (Hisp.).

M-24 **Plantas de la Sierra de Aitana (Alicante).**

Por D. Carlos Pau.²⁾

(Boletín de la Sociedad Aragonesa de Ciencias Naturales, 1904, p. 279 et seq.)

1. *Arenaria aggregata* L. var. *obtusifolia* Pau, l. c., p. 282.

Planta intermedia inter *aggregatum* et *armeriastrum*. A priore differt

¹⁾ Hispanice describitur ab auctore (Blasio Lazaro et Ibiza) in Boletín de la Real Sociedad Española de Historia Natural, Oct. 1906, p. 413.

²⁾ Diagnoses originales hispanicae a Longino Navás, S. J. in latinum translatae, quam ob rem gratias ago. Fedde.

bracteis et foliis apice rotundatis ut in *armeriastro*; ab hac foliis obovatis ut in *aggregata*.

2. **Genista longipes** Pau, l. c., p. 282.

Habitus ut *G. aspalathoides* Lam., cui valde assimilatur; sed notetur nostram formam haud pertinere ad sectionem *Stenocarpum* Sp. (*Stenocarpae* Willk.), sed *Spartocarpum* Sp. (*Brachycarpae* Willk.); quare vel educenda ab illa sectione vel non admittenda classificatio Spach et Willkomm, si juxta *G. aspalathoidem* collocetur.

Planta formans caespites hemisphaericos, densos et pungentes ut *Erinacea pungens*, quamvis haec proprietas nullo valore taxonomico gaudeat, nam vidi species, quae faciliter hanc qualitatem amitterebant juxta oras maris. Caules et peduncelli ut *aspalathoides*, sed tuberculi foliares, licet ejusdem structurae, nunquam foliati, quare rami semper sunt aphylli. Legumina brevia, ovato-lanceolata, uno vel duobus seminibus.

3. **Saxifraga catalaunica** B. R. $\beta.$ *aitanica* Pau, l. c., p. 283.

Planta robusta, major; foliis caulinaribus longioribus; inflorescentia magis glandulosa, floribunda.

Ad hanc pertinent synonyma *Sax. Cotyledon* Cav. et *Sax. lingulata* Webb.

4. **Scabiosa tomentosa** Cav. var. *arundana* Pau, l. c., p. 284.

Planta foliis radicalibus elongatis, vestitu breviore et subvirescente; foliis caulinaribus segmentis magis ampliatis.

Hispania: Sierra Nevada; Sierra de Ronda.

5. **Hieracium** (sec. *Lanifera* Fries) *aitanicum* Pau, l. c., p. 285.

Planta phyllopoda et eriopoda. Folia glauca, tenuia, glabra, margine integro cum ciliis; radicalia elliptica, attenuata in petiolum, rotundata et obtusa, alia mucronata. Caulis simplex, rectus, 3—14 cm, glaberrimus, foliis basi oblongo-lanceolata, attenuata in petiolum, saepe cum radicalibus confusa; caulinum bracteiforme, amplexicaule, lanceolato-acuminatum. Capitula unica, bina, terna; pedunculis laevibus, pubescente-glandulosis juxta anthodium, squamis virescentibus, dorso leviter opero; pilis albis mistis nigris; ligulis villosis in tubo; stylis luteis; achaeniis nigrescentibus, 2—3 mm longis; receptaculo alveolis dense villosis.

6. **Teucrium lepicephalum** Pau, l. c., p. 286.

Planta pertinens ad sectionem propriam Hispaniae — *pumilum*, *Libernotis* et *verticillatum*.

Caespitosa, caulis lignosis; ramis sterilibus niveis, floralibus rubricosis, omnibus rectis; foliis sessilibus, binis, filiformibus, obtusis et obscure mucronatis, marginibus reflexis, facie superiore nitida, excepto nervo medio albo-pulverulento; bracteis ovato-lanceolatis, sterilibus acuminato-aristatis; capitulis olivaceo-formibus, calicibus glandulosis, dentibus aovato aristatis, ciliatis, corolla alba.

7. **Teucrium petrophilum** Pau, l. c., p. 287 (*T. buxifolium* Schreb. — *T. saxatile* Cav.).

8. **Allium paniculatum** L. $\beta.$ *parvum* Pau, l. c., p. 287 (*A. tenuiflorum* Rouy [non Ten.], Willk., suppl., p. 50).

Ab *A. tenuifloro* Ten. differt floribus haud tubulosis sed campanulatis sicut in typo, tepalis brevioribus, foliis amplioribus.